

cilius dinoscitur quod tempore accedit: et ubi pariter prolem spacio temporis antecedit. Nam si nos referamus et interioremem mentis memoriam quam sui meminit et interioremem intelligentiam qua se intelligit: et interioremem voluntatem quam se diligit ubi tria simul sunt: et simul semper fuerunt ex quo esse ceperunt: siue cogitarentur: siue non cogitarentur videbitur quidem imago illius trinitatis: et ad solam memoriam pertinere: sed quod ibi verbum esse sine cogitatione non potest. Cogitatio enim omnne quod dicimus etiam illo interiore verbo quod ad nullum gentis pertinet linguam: in tribus potius illis imago ista cognoscitur memoria scilicet intelligentia voluntate. Hanc autem non dico intelligentiam qua intelligimus cogitantes: id est quasi eis reperi que memorie presertim fuerat: sed non cogitabantur: cogitatio nostra format et eam voluntatem siue amorem vel dilectionem quam istam plempentem: quod coniungit et quodammodo vtriusque compositum est. Hinc factum est ut etiam per exteriora sensibilia quam per oculos carnis videntur: legentium ducere tarditate: id est scilicet libro atque inde cum eis ingrederer ad hominis interioris eam potentiam quam rationem de temporalibus rebus differens illam principaliter dominantem quam pretemplat eternitas: atque id duobus voluminibus egi duodecimo vtriusque discernens quorum unum est superius: alterius inferius quod superiori esse subditum debet. Tertio decimo autem de munere inferioris quam humanarum rerum scientia salubris continetur: ut in hac temporalis vita id agamus quam consequemur eternam: quanta potuiveritate ac breuitate differui: quoniam quidem rem tam multiplicem atque copiosam multorum atque magnorum disputationibus multis magnisque celebrata vno strictam volumine inclusi: ostendens etiam in ipsa trinitate sed nondum que dei sit imago dicenda.

De principali mentis in quo intruenda est summe imago trinitatis. Capitulum VIII

Inc vero ad eam iam peruenimus disputationem ubi principale mentis habitum que nouit deum vel potest nosse considerandum suscepimus ut eo reperiamus imaginem dei: quoniam cuius mens humana non sit eius nature cuius est deus: imago tantum nature eius qua natura melior nulla est ibi quarenda: et inuenienda est in nobis quo etiam natura nostra nihil habet melius: sed prius mens in seipsa consideranda est antequam sit princeps dei: et in ea reperienda est imago eius. Diximus enim eam et si amissa dei participatione obsoletam atque deformem: dei tantum imaginem permanere. Non quippe ipse imago eius est: quo eius capax est: eiusque princeps esse potest: quod tam magni boni nisi per se quam imago eius est intelligi non potest. Ecce ergo mens meminit

sui: intelligit se: diligit se: hoc si cernimus: cernimus trinitatem: nondum quidem deum: sed iam imaginem dei. Non foris secus accepit memoria quod teneret nec foris inuenit quod aspiceret intellectus sicut corporis oculus. Nec ista duo velut formam corporis: eam quam inde facta est in acie conuoluentis voluntas foris iunxit. Nec imaginem rei quam foris visa est quodammodo raptam et in memoriam recoditam cogitatio cum ad eam conuolueret inuenit: et inde formatus est recordantis obrutus: iungente vtriusque tertiam voluntate sicut in eis ostendebamus trinitatibus fieri: que in rebus corporalibus reperiebantur: vel ex corporibus per sensum corporis introitus quodammodo traherentur. De quibus omnibus in libro XI differuimus. Nec sicut fiebat vel apparebat quoniam de illa scientia differabam: iam in hominis interioris operibus constituta que distinguenda fuit a sapientia. Quoniam que sciuntur velut aduenticia sunt in animo: siue cognitione historica illata: ut sunt facta et dicta: que tempore paguntur et transcurrunt: vel in natura rerum suis locis et regionibus constituta sunt siue in ipso homine que non erant oriuntur: aut alijs doctoribus: aut cogitationibus proprijs sicut fructus quam plurimum in libro XII commendauimus: sicut virtutes quibus si vere sunt in hac mortalitate ideo bene viuunt: ut beate in illa que diuinitus promittitur immortalitate viuatur. Nec atque homini habent in tempore ordinem suum: in quo nobis trinitas memorie visionis et amoris facillime apparebat. Nam quedam eorum perueniunt cognitionem discendi. Sunt enim cognoscibilia et antequam cognoscantur sui que cognitionem in discendo gignunt. Sunt autem vel in locis suis: vel que tempore preterierunt: que quis que preterierunt non ipsa sunt: sed eorum quedam signa preteritorum quibus visis vel auditis cognoscantur fuisse atque transisse. Que signa vel in locis sita sunt sicut monumenta mortuorum: et quecumque scripta vel in litteris fide dignis: sicut est omnis grauis et approbande auctoritatis historia vel in animis eorum qui ea iam nouerunt: eis que prope iam nota et alijs vtriusque sunt noscibilia quorum scientiam perueniunt et qui ea nosse illis quibus nota sunt docentibus presertim. Que omnia et que discuntur quandam faciunt trinitatem specie sua que noscibilis fuit: etiam antequam nosceretur: eius ad iuncta cognitionem discendi que tunc esse incipit quoniam discitur ac tertia voluntate que vtriusque coniungit. Et cum cognita fuerint alia trinitas dum recoluntur sit iam interius in ipso animo ex his imaginibus que cum discerentur sunt impressa in memoria et in formatione cogitationis ad ea per se recordantis aspectu et ex voluntate que tertia duo ista coniungit. Ha vero que oriuntur in animo